

Aduertencias para

bus, vbi non est Ministrorum copia, non
prohibet Pontifex quin Fratres qui Infide-
liumi vel Neophitorum idiomia non intelli-
gunt, eorum curam possint exercere per in-
terpretem, sicut & Episcopus: immo & a for-
tiori, hoc potius possunt, quam Episcopi:
quando ex Charitate sola, & non ex officio
proprio sicut Episcopi hoc faciunt, vt dicit
Pater Focher.

4º ¶ Tandem aduentendum q̄ loca in qui-
bus potestas huius concessionis datur ex-
ercenda per Fratres, sunt Monasteria sui or-
dinis in quibus habitant, etiam in ciuitati-
bus, seu oppidis Hispanorum, vt fit Mexicū
in Sacello Sancti Ioseph, & in hoc Conve-
tu Sancti Iacobi de Tlatilulco, & Sancta Ma-
ria la Redonda, in Collegio diuī Pauli, & in
Conventu Sancti Sebastiani de los Carme-
litas, & in locis, & populis Indorum, & alijs
oppidulis quæ habent de Visita [vt vocāt.]
Nam indecens esset, quod Sacramentum,
quod tantas cæremonias, & sollemnitates
publicas petit, administraretur in aliena Pa-
rochia, sine licentia proprij Parochi, quia
sic confunderetur Ecclesiasticus ordo cōtra
facros Canones, cap. Peruenit. II. q. I. Q uod
si Papa